

## P R A E F A T I O .

se præcavere posset. Indicare tamen, & hæc placuit. Operofius alicui fissendum fuit, ubi iramas minimè salebrosus nonnihil aprici promittens, in trucis bellua cubile, ducere fissipatus sum. Hac diligenti circumspectione adhibita visum est mibi haud irrito labore plura non spernenda in hac consta adeo, impeditaque silva advenisse. Fallo fortassis; at hanc veniam damus, petimusque viciſſim. Erunt qui potiora eruant. Ex diligenti temporum collatione, & ex characteribus Agnello, seu potius à monumentis ipſe indicatis, agnoui Ravennatum Praefulum Chronogiam, prout à Ru-beo (quem ceteri ferè secuti sunt) tradita est, in plurimis à vero aberrare; hinc ante omnia illam pro virili ad crism, & ad calculos revocandum credidi. Id egi septem Dissertationibus, quas certis Artificium Vitas præmisi, ut ad sequentem historiam Lector paratus accederet. Opus totum in duas partes secrevi. Prior eorum Pontificum vitas complectitur, qui à D. Apollinari ad Ecclesiū floruerū; altera illorū, qui ab Ecclesiū ad Georgium, in quo Agnelli desinat. Singulorum Pontificum Vitas in capita distinxī, & singulis capitibus argumenta præmisi. Tandem Vitæ cuiusque Praefulū observationes meas adeci, in quibus, qua difficultaria sunt, explicavi, qua perverſe dicta emendavi, qua utilia adnotavi. Codex ab indocto Ananensi ex apographo alicubi mulito circa initia seculi XV. deſcriptus fuit. Is Agnellianam scribilibus suis errorum portentis mirum in modum obscuriorē reddidit. Quæ proinde barbarè scripta fuerant, corruptissimè deſcripta inveni. In Exscriptoris itaque erroribus sanandis ingratissimum, quamvis necessarium laborem impendi; agebatur enim non de viis utcumque delendis, sed id ita fieri debebat, ut omnia in pristinam deformitatem conformarentur. Si quando dubitavi, ne ſpalma affectus eſſem, reten-ta lectione ad marginem adnotavi, quod fortassis ab Auctore scriptum, vel mente intellectum fuſſe divinavi. Descriptoris ut puto, fuit notulae quædam in marginem congeta. Hæ abſque jactura omitti poterant, at erunt fortassis, quibus illæ uſuſiſt licet inſulfæ, jeſuine, & erratis ſcantes. Tandem nonnulla vetera monumenta appendicis loco adeci, de quibus ſuo loco.

XII. Hic enimvero tandem fidem meam, quam hujus Prefationis nu. 2. obligavi, liberandi reus sum, & duo, quæ tamen in idem recidunt, offendere teneor, videlicet primò, nullius laicæ potestatis unquam fuſſe Pallium Ecclesiærum Praefulib⁹ conſerre, ſive in primeva Metropolium institutione, ſive cum ſubſecuti Metropolitæ ordinati ſunt; ſecondò nec Augustorū, vel Regum eouis ſue potestatis amplificanda ſtudium evaſiſe, ut Ecclesiærum jura mutarent. Metropoles Ecclesiasticas conſtituendo. Quibus præcise contra Agnelli probatis, tertium conſurget, contra ius, ſasque à Ravennate Metropolita Mauro tentatum, ut duximus fieret, qui tot ex capitibus Romano Pontifice ſubdebat.

XIII. Porrò quod ad Pallii collationem ſpectat, cum res à doctissimis Viris mirum in modum sit illuſtrata, difficile omnino eſt actum non agere; quare ſupervacaneo labore me rem tandem clarissimam persequi ingenui fateor. At cum nunc demum in lucem prodeat Auctor hic, qui unus inter veteres, & Valentianum III., & Justinianum exprefſe tradit, Pallium Archiepiscopo Ravennati confeſſiſſe, & hinc (quamvis ipſe ſi uti ſchismati-carum partium teſtem repellendum exhibeat) fortassis anſam arripere valeant, qui Marci Antonii de Dominis perverſum, & impium ſyſtema ſequi non erubuerunt, ſomnia ſua minus cauſis aliis

Tom. II.

- A insinuandi; viſum eſt officii mei eſſe offendere falſum omnino, & toti antiquitati repugnans eſſe, quod Agnelli tradit. Inane tamen, ac ſuperfluum exiſtimavi rem ab ovo, ut ajunt, incipere, & eorum, quæ doctissimè ſcripta ſunt, ſeruile, & inviuidiſam rapsodiā adornare. Ideo mihi fines eos præſcripti, quibus Agnelli unum refutarem, & rationes in medium proferrem, qua præcise ad Ravennatum Praefulum, à Johanne Angelopto ad Maximianum, tempora ſpectant. Plane Agnelli ipſe traditam, de Valentianō III. Pallium Johanni Angelopto concedente, & Episcopos Ecclesiæ Ravennati ſubjiciente, fabulam, jugulat ſtatim, ut ſupra adnotavi, qui Chryſologi eleſtionem narrat, quo de re ſatis dictum. Maximiani ab Iuſtiniano ad Ravennates infulas promoti historiam, ſchismaticorum quisquiliis inſectam, Agnelli ipſe nolens fatetur, qui quod vulgo ſerebatur de theſauro invento, ceterisque Maximiani Sanctitati repugnantibus, ſe referre teſtatur, ineptèque certa dicit, publicè patefaciat, inquit, ſicut à narrantibus per curricula temporum longa audivi. At, o bone, quis ſuſpecta nimis tempora, quibus veritas in mendacium deformata eſt, non agnoſcat? Quis optimus, ſanctumque Divum, quem inter calices Catholica veneratur Ecclesia, credit, invento theſauro, ut ejus inſigni portione tuò potiretur, Imperatoris jure fraudato, ad technas configiſſe, & aequivoce loquendi ratione uſum, ad Archiepiscopatus apicem ſibi his artibus ex humillimo loco viam ſtravile? Eritne perversi adeo judicii quispiam, qui ubi de veritate eorum, quæ in Chryſologi eleſtione evenere, dubitare audet, ut Dupinius, hæc adiò crassa, & incepta devoret, ut hinc verum etiam poſſit affere, quæ ab Agnello interſeruntur de Ravennatis Constantinopolim profectis, Pallium pro novo eligendo petituris, & de hocce dato à Iuſtiniano, Maximiano illi, qui ſibi inventum aurum obtulerat? Nil ipſe horum credam, quād quod Maximiani ſanctitatem decet, & quod eorum temporum certa monumenta me docent, di quibus in obſervationibus ad ejusdem Maximiani vitam.
- B XIV. Agnelli itaque ſatis bene Agnelli refellit. At res quantis aliunde certiſſimis argumen-tis patet? Eorum certiora mihi ſeligenda censeo, ne nimium patientia tua abutar eruditæ Lector. Porro ne à Iuſtiniani aeo diſcedamus, perſpectis omnibus ſexti ſeculi, quæ exſtant, quæque clarè loquuntur indubitate. Fidei documen-ti, certum eſt à Magni Gregorii etate retrocedendo, Summos Pontifices Metropolitanis Pallium tradidisse. Pla-nè nullus inſicias ibit id praefitum per Gregorium ipſum, ſed & Ravenna Praefulib⁹, qui Sanctissimi ejus Pontificis literas legerit. Veramq; illud idem per Prædeceſſores Gregorii factum, afferit Johannes ipſe Ravennas Archiepiscopus Epifola in Gregorii Regeſto lib. 2. num. 55. ad finem, his verbis; qui ergo univerſa privilegia, quæ Sanctæ Ravennati Ecclesia à Prædeceſſoribus veſtris indulta ſunt, pro majori ſatisfactione ſubje-ci, ea in ſcribiſ venerabilibus ſecundūm confeſſionis Decelforum meorum tempora fidem nihilominus reperietis. Perspicue hic, & Deceſſores ſuos à Romanis Pontificibus conſecratos, & confeſſionis occaſione Pallium collatum ab eisdem, afferit Johannes. Præcedens Magni Gre-gorii Epifola, quæ eisdem libri eſt 54. manifeſto bujus, quæ 55. numeratur, reſponsiva eſt, at ex eo maximè, quod afferit Gregorius, missa à Johanne privilegia per Prædeceſſores Summos Pontifices Ravennatis Praefulib⁹ olim confeſſa. Et quod, inquit, bene hanc conſuetudinem generalis Ecclesiæ noveritis, veſtris nobis manifeſtissimè
- C
- D
- E